Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



169

osee

locuti sunt verba et non clamaue
runt ad me in corde suo: sed ululabant
in cubilibus suis. Super triticum et vinum
commorabantur recesserunt a me.
Et ego erudiui et confortaui brachia
eorum et in me cogitauerunt malitiam. Re
uersi sunt ut essent absque iugo: factus
sunt qui aratus colos. Cadent in gla
dio principes eorum a furore linguae
suae. Ista subsannatio eorum in terra
egypti. Capitulum. viii.

Ingutur tuo sit tubaque aqui
la super domum domini: pro eo quod
transgressi sunt fedus meum.
Legem meam praeuaricati sunt.
Me inuocabunt deus noster: cognui
mus te israel. Proiecit israhel bo
num inimicus persequetur eum.
Ipsi regnauerunt et non ex me:
principes extiterunt: et non
cognoui. Argentum et aurum
suum fecerunt sibi idola ut
interirent. Proiectus est uitulus
tuus samaria. Iratus est fu
ror meus in eis. Usque quo non poterunt
emundari: quia ex israhel et
ipse est artifex fecit illum: et
non est deus. Nam uiuacitas telas
erit uitulus samarie: quia uentum
seminabunt: et turbinem metent:
Culmus stans non est in eis ger
men non faciet farinam. Quod si et
fecerint alienos comedent eam. Deuo
ratus est israhel nunc factus est inter
omnes gentes quasi uas inutile. Quia ipsi
ascenderunt ad assur onager solitarius
sibi ephraym mercede conduxerunt
amatores. Sed et cum mercede conduxerunt
nationes. Nunc congregabo eos: et qui
escent paululum a onere regis et prin
cipum. Quia multiplicauit ephra
im altaria ad peccandum facta sunt
ei ara in delictum. Scribam ei multa
precepta legis meae: quae uelut alienae
reputata sunt. Hostias offerent: im
molabunt carnes et comedent: et do
minus non suscipiet eas. Nunc recordabitur
iniquitatis eorum et ulciscetur peccata eorum.
Ipsi in egyptum conuertentur. et obliuiscetur
israel factoris sui: et edificauit de
lubra et iudas multiplicauit urbes
munitas. Emittam ignem in ciui
tates eius: et devorabit edes illius.

Noli letari israel. Cap. ix.

Noli exultare sicut populi:
quia fornicatus es a deo
tuo. Dilexisti mercedem super omnes
areas frumentaria et torcular non pascet
eos: et mustum mentietur eis. Non habita
bunt terra domini israhel: sed reuertetur ephra
im in egyptum: et in assiriis pollu
tum comedent. non libabunt domino
vinum: et non placebunt ei. Sacrificia
eorum sicut panis lugentium: omnes qui
comedunt ea contaminabuntur: Quia
panis eorum animae ipsorum non introi
bit in domum domini. Quid facie
tis in die sollempni: in die festiuita
tis domini: Ecce enim profecti sunt
a uastitate egypti congregabit eos.
mephis sepeliet eos: desiderabile argen
tum eorum ortica possidebit: lappa in
tabernaculis eorum. Venerunt dies visi
tationis: venerunt dies retributionis.
Sciet israel stultum: propheta insanum.
super multitudinem
iniquitatis tuae et multitudo amicitiae.
Speculator ephraym cum deo meo
propheta laqueus uenantis factus est su
per omnes uias eius: Insania in
domo dei eius. profunde peccauerunt
sicut in diebus gabaa. Recordabitur in
iquitatis eorum et ulciscetur peccata eorum.
Sicut uuas in deserto inuenit israhel:

meus